



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

11-58

SIGNAT. clvccccxiii.

AP
Sacrosancti Numinis

Nutu, Jussuq;

*Reverendissimi, Serenissimi, ac Potentissimi Principis,
ac Domini,*

DNI. AUGUSTI,

Primatis Germaniæ, Ducis Saxo-
niæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium, Landgrafii Thuringiæ,
Marchionis Misniæ, & Utriusq; Lusatia, Comitis
in Marca, Ravensburgo & Barby, Dynastæ
Ravensteinii,

Ab

Illustris ad Salam Augustei

Rectoratu Et Philosophia;

Ad

Venerandam Theologiam

Conversus

JOHANNES Schieferdecker /

XXI. Jun. Horâ IX. Matutinâ,

M. DC. LXX.

LEUCOPETRÆ,

Literis HILDEBRANDIANIS.



*N*trivio non consilii ma-
gis, qvā *Officii*, opportunè ob-
viā mihi prodeunt *Viri Synago-
ga Magna*, שלשה דברים, *tria oc-
centātes verba*. הוּמַתוּנִים בְּרִין.
Estote tardi in iudicio: והעמידו,
*Et constituite di-
scipulos multos*: תלמידים הרבה,
Et facite sepem Legi. ועשו סוג לתורה,
Emis-
sos illos è *Tractatu Talmudi-
co*, sive *Misnito*, scias, פרקי אבות,

Capitula Patrum, ob apophthegmata & axiomata *Patrum*,
qvi *Legem Oralem* inde usq; à *Mose* accepisse, docuisse &
propagasse putantur, adpellato, *Cap. I. Sect. I. Legem*, in-
quam, *Oralem*, operā *R. Jehuda* דְּהֶקְדָּשׁ, qvi *Seculò II. Anto-
nini Pii* gratiā floruit, ab interitu vindicatā, סֵפֶר מִשְׁנֵיּוֹת,
insignitam, *Traditionum, Papalibus* haud absimilium, cum
antea per ora *Virorum* volitarent, farraginem; *non scri-
ptam* illam, חֻמְשֵׁי מֹשֶׁה, qvæ *Libris Mosis* quinq; conti-
netur. Cuncta prius discutienda, *Patres* monent, qvām
judicemus; veritatem ac bona consilia visu & morā,
falsa & scelera impetu incertisq; valescere: curandum,
ut sint multi, qvi *Legem* discant, aut, ut nostrō ore lo-
quamur, *Studio Sapiencia* incumbant; pietatem id, ac
Mortalium in Deum foedus flagitare: cavendum deni-
que sedulò, ne qvicquam *Legi* vel addatur, vel detra-
hatur.

Glossa *sepem* hanc vocat משמרה למשמרה, *custodiam super custodiam*. *Sepem* hīc intelligi non *Maso-
reticam*, monet in *Notis Philologicis Clarissimus Johannes
Leusden, Professor Ultrajectinus*; sed *Constitutiones Sapiencum*,
per quarum observationem homines arceantur à trans-
gres-

gressione Legis Divinæ, Sabbathum, v. g. ex sententiâ
Judaorum, incipere die Veneris, horâ sextâ: sed *Rabbinos*
constituisse, Sabbathum paulò citius esse inchoandum,
ne homines, usq; ad præcisum tempus Sabbathi exspe-
ctantes, opus aliquod ipsò Sabbathò efficerent. Sic &
prohibitum esse *Israëlitis*, ne foedus inirent cum *Genti-*
libus: sed ne Legem hanc transgredierentur, statuisse
Rabbinos, ne quidem vinum esse cum iis bibendum.

Regimen Juventutis, ne arma Rationis ac Tirociniû
Literarii, animumvè abjiceret, aut districtis temerè
vim sibi, aut aliis inferret, quod hætenus quidem pe-
nes me fuit, decussum humeris non magis, quàm me,
non invitò devolutum, atq; Clarissimo *DN. Collegæ*, à
me proximo, traditum, voce supremâ prosequutus, id
mihi impostero oneris imponi atq; dubii sentio, ut,
quâ tenus parte Philosophiæ Theologus imperet, quâ
itidè Theologiæ Philosoph' opituletur, nec subitò, nec
temerè judicem, Periculosa plenû opus aleæ! *Φρόνιμα*
τῆ ἀνδρωπύου quâ degenerat in *Φρόνιμα ἴης σαρκός*! *Sophia*
in Sophisticè! Fas atq; nefas exiguò fine libidinû discer-
nūt avidi Mortales! Constituuntur termini, ponuntur
fines: sed quotusquisq; hodiè Philosophorum inveni-
tur, qui egredi eos vereatur? Nullâ, & ne suâ quidem,
revocatur existimatione cancellos semel spe libertatis
prætervectus, quos sibi ipse circumdederat. Quid?
quòd votò non unò vivitur. Hinc dissensiones, bella,
cædes! Adfectabat viam, annò abhinc duodecimò, ad B.
DN. D. Johannem Hülfemannum, Virum Seculò suò mayo-
rem, *Epistola* atq; suum unà *Manuale Philosophicum Theo-*
logi, Philosophi, ac Philologi Celeberrimi, DN. D. Johan-
nis-Adami Scherzeri, cum *Lipsiæ* agerem, illiusq; patrocini-
niò fretus, hujus doctrinâ atq; amicitia strenuè adjutus,

Musis & aliorum & meis consulerem. Consulti tum in
cōmune non minùs, quàm rem ibi ancipitem acu &
ulcus tangi, admodùm lætabar, lætorq;. Grave id
dubium, graviusq; adhuc semper mihi visum fuit
consilium Doctoris atq; Fautoris mei, videturq;. *Deus*
bone! inquit, quot dissidia, quot jurgia sæpè de literis & syllabis,
de quodlibetitatibus, hæcitatibus, Scoteitatibus, unò verbò, de
asini umbra? Quando ad nucleum (arrosò & morsò inutiliter, la-
boriosè tamen, & ad stuporem usq;, dicamne dentium? putamine)
vel tandem per tot discrimina ventum est, syncipus demum magis
fit vertiginosum. Ille enim hanc, iste aliam affert definitionem
ludens cum quidditatibus rerum, ut pueri cum astragulis. Hinc
tam benè iterum inter se conveniunt, quàm benè canis Tobie cum
baculo Mosis. Et propterea tot habemus definitiones, quot defi-
nitores, tot capita & sensus, quot cudones, tot Philosophias, quot
Philosophos. Fons mali est studium innovandi, & nolle conten-
tum esse approbatis hætenus à Claris Philosophis definitionibus
Rerum. Fieri namq; non potest nos unquam convenire in princi-
piatis, si in principiis diversa sentimus. Quemadmodum impossi-
bile est eandem numerò peripheriam è duobus duci centeris. Doce-
tur post, quid Theologia quoq;, ministeriò Philosophie usa,
inde capiat detrimenti, naturalibus everfis fundamen-
tis. Everti autem, definitionibus Entium perversis,
permutatis, immutatis, vel saltim dubiis redditis. In-
mensa, quod ajunt, Solis exposita hæc, sumptâ præpri-
mis, exempli locò, doctrinâ de Causis, & quidem circa
Causam per Accidens, Moralem & Instrumentalem, cœcus sit o-
portet, quin videat. Calvinianos, Pontificios, Remonstran-
tes, Seculò nostrò malè fidæ terminorum istorum defi-
nitiones, in hisce, *an Deus sit causa peccati per Accidens?* de
merito Bonorum Operum, de Influxu Fidei in Justificatione, a-
liisq;, quàm adjuvent, charta loquetur anus. Quid
con-

consilii? Infantem cum sordibus prorsus ejici, nunquam
 ac nusquam tutum censetur. *Quisquis enim omnem Philo-*
sophiam fugiendam putat, nihil nos vult aliud, quam non amare
Sapientiam; acutissime Hipponensium Episcopus, S.
Augustinus, stringit. Nihil verò sapias velis, qui Theo-
logus & esse, & haberi cupis! Quæ quæso Theologia?
Scholasticâ & Academicâ? At, quæ disputabis ἀλογῶ, ἀσο-
φῶ, disputandi, rerum & vocum sensibus & rationi
obviarum ignarus? Exegeticâ forsitan? Historicâ? Didacti-
câ, & Ecclesiasticâ? Campum aperis tibi metipsum, quò ex-
agitatus discurras, animumque prius amittas, quam Asy-
lum Lingvarum & Sophiæ præterveharis. Interpreta-
re commentando Scripturas Sacras, sive ad populū, si-
ve ad doctos, & erue Spiritūs Sancti sensum; nec ta-
men, quæ interpretaris, unde eruas, quæ ope, intellige &
concionare; nec tamen sape. Fac Auditor, vel Spe-
ctator intersim, & in pignus te ego vocabo quodcumque;
*te mihi abreptum iri, & à me tibi occentum: *Icare ubi es?**
*quæ te regione requiram, *Icare?* Sed nec ullatenus Theolo-*
giam Reginam Ancillæ libidini committi ab illis par-
est, quibus quam maximè incumbit videre, ne quid ca-
*stissima detrimenti capiat. *Gangranam novarum vocum**
Apostolus, quam furtim, certaquæ cum pernicie corpo-
ris serpere adseverat, impedire & coercere nos jubet, II.
Tim. II. 16. 17. Symbola Doctrinæ Publicæ, Jurisju-
randi Religio, & mandatum Principis Officium id à
nobis deposcunt. Quod ipsum generosè satis & ner-
*vosè B. Hülsemannus monstrat & inculcat, cum in *Præfa-**
*zione, tum *Instructione ipsa Studiosorum, quid de resuscitatione**
*& excusatione *Phræseos Majoristica: Bona Opera sunt ne-**
cessaria ad adipiscendam vitam æternam; statuere ha-
beant? Circumspicere oportet in singulis, atque omni-
A 3
bus,

bus, qui docent, & qui docentur, prospici, quid fiat?
quid fiat? qui dicatur? quid dicatur? quid vocis vi, quod
ambitu efferatur? Nullum scio certius, quod in veteratis
Disputationum odiis medeatur pietas & in Deum fi-
des, quam quod incomparabile Lipsiensis Academiae Decus du-
dum subgessit. Maximè necessarium esse videtur, receptas &
communes Rerum Definitiones retinere, ut unò ore, & unâ philoso-
phemur mente. Et ille profectò non exiguam operam in publicum
proferret, qui in commune Lexicon, omnibus publicâ lege pro Au-
thentico habendum, veras Definitiones terminorumq; redigeret
accepciones. Si enim Grammatici sua ubiq; habent vocabularia
(absq; quibus si foret, nullus cum altero sermonem serere posset
amplius) cur eadem non est felicitas Philosophia? Non ita sanè
iretur per ambages, ut fit hodiè, dum unus contradicit alteri ex
planè diversa & contradictoria Terminorum accepciones. Legis
instar Publicæ nobis interea, qui in Theologiæ Regno
discurrimus πολιτεύμα coeli sectantes, Libri Symbolici
sunt, eorumq; Explanatores Veterani, Theologi Consum-
matiatq; Orthodoxi, quorum operâ & prudentiâ factum
est, ut, quoties usus foret, notiones, voces, phrases, de-
finitiones, liberiore Philosophorum ore traditæ, à feci-
bus suis liberatæ ac purgatæ, honestiores subindè & ni-
tidiores incederent. Horum iudiciò stamus, iudicam⁹.
Hos intra cancellos Animus Juvenum SS. Theologiæ
addictorum agitabitur: nec unquam aut usquam Ra-
tio intromittetur iudex. Hâc tenus parte nec fuit, nec
erit nostra. Nam τὰ τῶν θεῶν non intelligit, quæ nemo
novit, nisi Spiritus Dei, non λογικῶς, sed πνευματικῶς judi-
canda, I. Cor. II, 11, 14. Rationi παράδοξα, Luc. V, 26.
Sermo crucis Christi vel Sapientissimis Græciæ Philo-
sophis μωρία est, I. Cor. I, 23. Ne ἐπιγεια quidem; quo-
modo ἐπεράνεια credat Ratio? Joh. III, 12. Ad Legem
hîc

hīc & Testimonium, *Es. IIX, 19. Ad Mosen & Prō-*
phetas, Luc. XVI, 29. tutior nobis & salubrior patet ad-
itus. Ερευνᾶτε τὰς γραφὰς, Joh. V. 39. βεβαιότερον τὸν προ-
φητικὸν λόγον, II. Pet. I, 19. τὰ ἱερὰ γράμματα, τὰ δυνάμενα
σοφισαίς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, II.
Tim. III, 15. Quid tibi hīc agamus, quid consulamus ma-
lē sana Mens, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοήν
τῆς χειρὸς, II. Cor. X, 5. Quid agas tu hīc contra aut ultra
λόγον ἐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ, καθὼς ἐστὶν ἀληθῶς, λόγον θεοῦ, ad-
eoq; ἀυτόπιστον, I. Thess. II, 13. Joh. IV, 42. Abi hinc in
malam rem ad Socinianos tuos, ad Remonstrantes, ad Calvi-
nianos abi, atq; ibi ultimam in te analysin institui porrò
cura. Earum rerum, quas dixi, nullam tibi apud nos
neq; infitiandi rationem, neq; defendendi facultatem
relinqvis: coargueris à iudice Scriptura, con vinceris à
testibus, urgeris confessione tuâ, manifesta in maleficiis
teneris. Et manet etiam, ac tacita Ratio facinora nobis-
cum sua recognoscit? Maneat, per me licet, maneat, in-
quam, sed eâ lege, ut meretrix mulier in Ecclesia taceat.

Omniñò igitur fas est, Methodum Studii Theologi-
ci, & Articulos Fidei Nostræ ex Cœlestis Scripturæ
fundamentis, ope notionum, vocum, phrasum, con-
nexionum & rerum, quas quidem humana Mens intel-
ligit & tradit, sed non tam mea, quàm *Consummato-*
rum Sanctorumq; Theologorum Prudentia Theolo-
gica ac Pietas moderatur, doceri, &, quanta fieri pote-
rit, brevitate, perspicuitate & pietate, demonstrari, ex-
poni, inculcari. Hīc Rhodus: hīc salta! Hinc Judicium
nobis tutum, ac SEPES vicino ab limite JUSTA sæpè so-
mnum inire svadebit, feriasq; faciet salubres.

Quod superest, intermittere non possum, quin non-
nulla faciam mea, quibus B. *Micbaël Dilberus, Jenâ, An-*
no

nō 1643. Noribergam vocatus, Provinciam & Professionem
Novam, ut ad vitam & lucem Academicam Juventæ
gradus pararetur commodior, Icari Academici minimè
Orator, Auditorium Publicum ita temperans, ut & illi, qui ex
Universitatibus reduces, quacunq; de causa ibi substiterint, inve-
nirent, quò desiderium levarent discendi, felicissimè ornavit.
Gravis certè adversaria hinc mihi constituta: quam nunquam potero
sustinere; nisi tu, o Deus, imbecillitati meae tuâ sapientiâ succurras. Tu
per Deos terrestres, Vicarios tuos, me vocasti: tu vocanti obsecutum,
reddas Officio, tam gravi & oneroso, idoneum exsequendo. In me nihil
est præter voluntatem: quam tamen & ipsam tua mihi suppeditavit
misericordia. Isti junge facultatem: ut sim aptum magnificande gloria
tua, celebrandi nominis tui, amplificandi regni tui instrumentum.

Agite, Studiosi lectissimi, THEOLOGIAM colite atq; excolite, ut
ubivis gentium Magna Religionis & Pietatis Exempla seqvuti,
fideles atq; apti Operatores inveniamini, nec cruda adhuc stu-
dia in suggestum propellatis. MULTOS equidem DISCIPULOS non
magis exopto & osculor, quàm sedulos ac pios. Templorum e-
nim, Atriorum & Musei, quibus me totum Sacrum esse DEUS,
PRINCEPS, ac SENATUS volunt, crepidinibus insculpi divinum B.
Martini Chemnitii mei, de Usu Loc. Theol. Commonef. IX. monitum,
laboriosus accurabo. Semper cogitandum est, Filium Dei non eam
ob causam prodisse ex arcana sede æterni Patris, & revelasse doctrinã
cælestem, ut seminaria spargeret disputationum, quibus ostentandi in-
genii causâ luderetur; sed potius ut homines de vera Dei agnitione, &
omnibus iis, quæ ad æternam salutem consequendam necessaria sunt, e-
rudirentur. Ideoq; præcipua cura esse debet in singulis Locis: quomodo
& quâ ratione doctrina tradita accommodanda & referenda sit ad u-
sum in seriis exercitiis pœnitentiæ, fidei, obedienciæ, & invocationis. Ita
enim mentes proficiunt simul & doctrinã, & pietate. Verè enim di-
ctum est, Theologiam magis consistere in affectu, quàm in
cognitione. Unde Deus in sua Lingva sub uno vocabulo comprehendit
& notitiam, & affectus, qui notitiam sequuntur.

Qui aliò in Studia Theologica sunt animò, istos ego Audi-
tores nolo. Faxit Deus Noster, ut Sancta meditemur, & Salu-
bria eloquamur! Amen!

Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3
002 686 287



Sb,

VD17
Sep. 2000 Pd.







ti Numinis
 Jussuq;
 i, ac Potentissimi Principis,
 mini,
AUGUSTI,
 niæ, Ducis Saxo-
 tium, Landgrafii Thuring-
 Utriusq; Lusatia, Comitibus
 go & Barby, Dynastæ
 steinii,
 Ab
 alam Augustei
 Philosophia
 Ad
 Theologiam
 versus
 E S Schieferdecker /
 à IX. Matutinâ,
 C. LXX.
 OPETRÆ,
 DEBRANDIANIS

4